

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

7. De varijs Exordium generibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Aristot.
Ethic. L. 3. c.
14.

*Exordijs
prolina &
inutilibus
accidentes
quaes finis
n. utr. exor.
per. et. rati.
dixit. q. &
ir. s. n. p. p.
ut. r. a. x. o.*

*Gorgia
Leontini
exordium
conciuum.*

Quid igitur? Omnia (inquietus) exordia sunt amputanda. Minime illud quidem, sed prudenter moderanda: eos tantum agito, qui in præludijs, & prolegomenis amant tempus, & aures frustra consumere. *Vbi quis illu molitus,* quem in re politè dixit Aristoteles. Idcirco ut tibicines, quos nusquam peius esse aiunt, quam domi; amant extra rem, & fortis canere: vel etiam ut serui, & pueri mendacess ad interrogata directe non respondent, sed circuitus orationis querunt, sue sibi improbatibus confus. Ita illi videntur exquirare causas, ac bonitate destituti, qui sine villa necessitate, inanes ambitus expolunt.

Res una exordij est maximè necessaria indicare finem, cuius gratia fit oratio, & tanta plus habere videntur pompe, quam necessitatis.

Quamobrem, non mihi reprehensione dignus videntur Gorgias Leontinus, qui de Eleorum laude dicturus ita exordius est: *Hæc nō
hæc ētōq; Elia benta ciuitas.*

Circuitum maluisset Aristoteles, ut si quis dicat honore afficiendos bonos, & idcirco a se Antistitem laudari: commendandas illustres ciuitates, & hanc ob rem Elidem commendari.

Num hoc tandem rotundius apud eruditas praesertim aures: *Hæc nō ētōq; twaçwpi,
Elia benta ciuitas.* Explet enim exordij necessitatem, quam præscribit Aristot. & indicat uno verbo quid velit, & quorsam suscepta sit oratio. Non dissimile videntur exordium D. Greg. Nazianzeni in laudem Athanasi:

Aθavā iorē trāyūs dēpēn iroq. iro, Athanasiūm laudam, virtutem laudabo.

Num hoc tandem comptius, quam si dixisset, virtutem laudare oportet, idcirco Athanasiūm laudo: aut quid simile.

De varijs exordiorum generibus.

CAPUT. VII.

*Ex ordiūm
necessitatis,
Opus.*

Primum illud statuendum est, duo esse exordiorum genera. Unum necessitatis, alterum ornatus, atque pompe. Quod necessitatis est, vident Aristoteles, indicat finem cuius gratia fit oratio. Et quidem est sine fuso, & circuitione verborum, grauibus, & negeriosis orationibus familiare. Tale est illud Euryptolemi apud Xenophonem τὰ μὲν κατηγορίας αὐτοῖς σύδαις, ταῦτα ὑπεραπογόνατα

Ad. 2. Partim accusaturus huc ascendi, partim etiam defensurus. Quod est ornatus, rationum pro inuentione, & expolitione ingeniorum esse solet, conueniente orationibus in quibus, & eruditio expectatur, & delectatio.

Secunda diuissio est Vlpiani in i. Olynthia-
ca, qui exordia diuidit in ea, quæ initio orationis vlpianus in
onis sunt ad viam premuniendam, & in ea
quæ in media plerunque concione solent in-
feri, ad renouandam attentionem, aut docili-
tatem.

Tertia est Lycymni Rhetoris, qui exordiorum in genere tres formas constituit, Epere-
fin. Apoplanensis, & Ramos.

Quid Eperefin seu impressio in exordijs.

*Lycymnius:
Exordij di-
uisio secun-
dum Li-
cymnum.*

Prima est *iniquitas* cuius verbi ambigua est significatio. Nam ipso tria significat, ut notat magnum Etymologicum, cessationem à bello, ut in illo Homeri: πολέμου διογνωστής, Secundū *impetum*, ut Οφρα ὁ ποδεῖος μῆδος δέρας ἔχει τρίποδα per δόρατος ἐπονοῦ intelligit imperium hastæ. Tertiū *ipso* est recessare, ut οὐχικάτας ὁ εἰπάται, idem interpretatur οὐχικάτα recessione. Planius tamen hic intelligendum videretur de imperio si recessum, aut deflexionem accipiendas, confundatur cum ἀποκλαυστῇ. Est igitur *ipso* exordium ex abrupto: quod videtur violenter impetrare, quasi prima impressio exercitus. Tale est illud decantatum Ciceronis: Quousque tandem abutere Catilina patien-
tia nostra?

Quid exordiūdīmōis.

*Scunda ἀπολίθινa seu aberratio. Apud Iu-
lium Rusianum figura est, cum index a re-
contraria nobis auerterit. Hinc exordio no-
men, quod errare, & expatriari videretur a pro-
posito.*

Est quidem illud insinuationi perquam simile, & nomine tenus tantum differre vide-
tur. Nam per cuniculos subit animos auditum, ut fieri solet in re parum honesta, &
aneipiti, flexus, ac tristandos innecit, mox præparatis animis, præmunito ut cogitationibus rem aperto Marte gerit. Exem-
plum habes inferius in Dionae Prusæo orat. II. ubi cum ostentatus esset Troiam non
fuisse à Gratis euerstam, contra omnium sacerdotum, & gentium corroboratam opinionem, orationis initio aliud prius agere
vide-

videtur, cum dicit, homines agit discere, &
ad dictis facile in errorem induci, &c.

Quid Rami, sive Ramosum.

Tertia appellatur Oρῶν, Rami. Quid sint vero, nullus, quem sciam Rhetorū meminit. Ego si licet conigere, exstimiram Rami appellari exordium, quod in varia subinde exordia, quasi in ramos funditur. Nam Vl- pianus in orationibus Demosthenis, ad tria, aut quatuor plerumque notat exordia, quem numerum (inquit) non solent excedere oratores, nisi valde insistant. Tale videtur exordium Ciceronis in oratione pro Murena, in qua, ut caula erat grauissima, & vatis ab aduersariis confusa erant impedimenta, necesse fuit omnia amplio illo, & veluti ramo exordio amoliri.

Quid exordiū?

ALIA præterea exordiorum nomina citantur a Rhetoribus. *ιδεσινον* meminit Aristoteles l.3.c.14. Quod specialius cadere videtur in demonstrativum genus, ut sit proximum exornatiuum, ducta metaphora à Citharœdis. Nam auspicatus Rhythmi, vel melodiæ, & prescriptum, quod datur ab ipso chorodidascalo, cui accinere chorum oportebat, nominatur *εἰδόσιμον*, *λατότερον εἰδόσιμον*, quod gratuitò concederetur.

Quid carceres.

Affertur & *βαλεῖς*, id est, carceres, pro prima parte exordij: sed hoc metaphoricum nomen est, omnibus initij commune. Et Antiphon in oratione *περὶ θυμούντος Βαλεῖα τὴν ἀγάν* dixit. Quid sit propriè, explicat Harpocon in voce *βαλεῖς ἡ γῆρας οὐ τὸ την ὑστητην γνωμένη, γραμμή, διὰ τὸ την ταῦτης βεβηκέντω τοὺς δρομέας, βαλεῖς καλεῖται*. Linea ad carceres, in qua consistebant cursores. Transtulit Lycophron ad exordia orationis per allegoriam.

Εγὼ δὲ καὶ Βαλεῖα μηρίνθη σχάσται,
Ανειμ λοξῶν εἰς διεγόρες διεστῶ,
Πιγώτεν ἀράξαις νισσῶν ἐς πίλων δρομός.
Ego verò lineam extremam solvens à funiculo.
Aggregas obliquorum cursu verborum,

Prima pulsione repagula, ut latius rufor.

Alia diuisio exordiorum.

Hermogenes lib.1. de inuentionibus variorum proœmiorum meminit, quorum viii dicitur *Ἑύποληψίως* ex opinione. Alterum *ἀπό της*, ex tempore. Tertium *ἐκ περιποιησίας* ex abundanti. Quartum *Ἑύωδιαρχεῖας* ex subdivisione.

Quid exordium ex opinione.

Proœmium ex opinione, fit cum pro statu rerum, & opinione hominum, exordium. Ut si negotium lexum, & hilares habemus auditores, ita incipiamus dicere: *Οὕτως θέματος, ὃ δύοπες δικασταὶ χαρούντας ἐπειδὴ καὶ διδόνεται δικαιοσύνη, τὸ τετολυμένον ἔνεκεν δρόμοι καὶ ἀχθομένοις, καὶ λειτουργούμενοις.* Video equidem vos (iudices) prospero rerum successu lætari, Deoque gratias agere, atque habere immortales.

Si contra res tristis, & funesta, deiectos, atque dolore percussos ostendat audidores, sic (inquit) exordire: *Ἐπειδὴ καὶ διδόνεται δικαιοσύνη, τὸ τετολυμένον ἔνεκεν δρόμοι καὶ ἀχθομένοις, καὶ λειτουργούμενοις.* Quando vos video iudices, ob ea, quae nuper patrata sunt, in magno dolore, iustitiaque verfarī, &c.

Tale illud est Ciceronis in quarta Catilinaria. Video P.C. in me omnium veltum ora, atque oculos esse conuerbos. Video, vos, non solum de vestro, ac reip. verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos, &c.

Ad hoc genus pertinent purgationes suspicionum, & præiudiciorum, à quibus se pif-
fimè exordia duocuntur: cum industrij sit Ora-
toris, antequam ad causam accedat, impedi-
menta omnia disturbare, & sinistrorum op-
tionum fibras, si quæ sunt, euellere, vt tactæ est
de celo Periclis statua. Hanc ob rem de-
cernit quipiam, nomen illi Olympij, si-
ue Coelestis, quo antea appellabatur, de-
trahendum. Sic (inquit) exorditur ad
eleuandam suspicionem, qua ex æmula-
tione, & inuidia in Periclem l. c. qui videretur. Exordia
Οὐκ ἔχεις ἐνεχεῖν δύοπες δικαιοσύνης, τὸ πρόσωπον
περικλέα τὴν σομετάλην ταῦτας στρεπτα- exemplum
μην, & Μενολαῖον πάλεν, δέσμοις μητι παρα-
τὸ δεῦρον ἀνθρωπον οὐ πάθῃ. Non equidem
ini-

*Lycoph. in
Gassand.*

inimicitarum causa (viri Athenienses) que mihi nullæ vñquam cum Petile intercesserunt, sed ex benevolentia abundantia huius author sum consilij; ne quid illi, cum homo sit, Deorum ira contingat.

Est quoque Η ἀντίθετος exordium, cum Iudicum in aduersarios vtpote improbos odiūm, & corroborat omnia eorum scelerē suspicionem commemoramus.

Demoſt. in Midiam. **Tale est illud Demosthenis, τὸν μὲν ἀστιλγεῖσαν ἔνθετος δικαστὴν τὸν ὑπέρ, τὸν πρὸς ἀπαντασάτι χρῆται μεδίας, οὐδ' ίντια σύδιον, οὐτε τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν οἴμαι. Quæsta sit Midia, non modo pertulanta (Iudices) & aduersus omnē genus hominum contumelia, neminem, neque vestrūm, neque aliorum ciuium ignorare arbitror.**

Quid exordium ἀπὸ χαιρῆ.

Exordium ab occaſione. **E**xordium ἀπὸ χαιρῆ fit, cum ab insigni aliquo euentu, & commemorabili occasione, anam arripit orator, ut illud, quod intendit, validius perficiat. Tale est exemplum. Citantur rei impietatis, qui intra pomœriū contra religionem, atrahunt, & fementem fecerunt. Nascitur sub manu illistris occasio, cum enim plurimum in colenda terra desudassent, nihil omnino frugum retulerunt, ab hoc euentu orator sic ducit exordium (Damnatos impietatis reos, vel Deorum immortalium sententis ex eo satis (opinor) agnoscitis, quod cum in arando pomœrio multum laboris cepissent, nihil inde frugum messerunt.)

Item, qui de patria erant electi: iuxta eius limites vrbem condiderunt. Mox deflagante bello ciuili patria, in pristinam ciuitatem admisi, strenuam operam nauarunt, cæmō; assuerunt in libertatem. Tunc de eorum reditu deliberatur. Sic exorditur orator: (Reuandū ne sint in patriam, quos extrema huius vrbis calamitas, ad nostram omnium salutem reduxit, nos opinione duntaxat, querimus, ne ipsa vero iam confecimus.)

Quid exordium ex abundantia? contra incidentibus, ac olorbo, &c.

Exordium ἡ τριποδας ex abundantia fit, cum abundantia causa nonaul a nos omitere dicimus, ut

Phya mulier pro Minerua ornata, & insigni *Abūdātis* curru vesta Athenas ingreditur, Mineruam se *exemplū*, dicitans, Pisistratumque, quem illi cicerunt *Phya*, commendans. Quo facto populo adhuc rudi os subleuit, & tyrannum, à quo subornata fuerat, reduxit. Inde accusatur, ita incipit accusator.

Possem equidem audacem mulierculam, ut in Mineru nomen, quam peculiari religione, hæc ciuitas semper coluit iniuriam, arcessere impietatis. Sed omisso hoc sacrilegio, Deorumq; vltioni permisso, à quibus solis recte vindicari potest: quæ contra huius populi maiestatem admisit, commemorabo.

Exordium Η ἀντίθετος apud Apfinum Exordium Rhetorem, fit Η ἀντίθετος τὸν Η τὸν ἀντίθετος, Η ἀντίθετον per Antithesin res nostra cum aduersariis comparantur.

Exordium Η ἀντίθετος sumitur ex ante dictis, aut factis, quibus congrua dispositione subiungitur: Ad id accedit exordium ex hypothesi, quod sit ex suppositione aliqua, quæ ante praecellit, ut βασικό dicitur, quoties per παρέχοντα, seu a certam, & generosam dicens libertatem dicitur principium.

Quid exordium ex subdiviſione?

Exordium ex subdiviſione fit, cum non unum duntaxat, sed multi infertuntur, quæ in suas partes distribuantur. Idem plane videtur cum eo, quod superius ramos a Lycimno appellatum demonstrauimus. Tale est illud exemplum: Deoctor aliquis, & impurus, meretricibus, quas alebat, Musarum imposuit nomina. Accusat non modo impunitatis, sed & impietatis hoc modo:

Si Mangonis impudicia commones tibi frenos, & modum aliquem impotuisse, minus quidem dolendum fore: Nunc autem cum ad singularem nequitiam, etiam violata religio accelerit, duobus criminibus tenetur, quorum unum est impudicitiae, alterum impietatis, &c.

Item Demades orator, querenti Philippo quales essent Athenæ, eas illi descripsit in mensa, inde citatur reus.

Καὶ διὰ τὸν αἷλον μὲν Βίον, ὁ παῖς Λεκάνης, τὸν προσόντα Δημάδην, καὶ τὸν ποδοτανόν οἵστιν κολάσσα τὸν, οὐχ οὐτα δὲ καὶ τὰ τέλη αὐτῷ γεγενημένα, οὐτε αὔξητη μηδέ ζεψία περιβλήτη πόλει.

Hh Autem

Antea quidem (viti Athenienses) & propter vitæ flagitia, & ob crimen traditionis, haud mediocri supplicio dignus erat hic Demades, nunc autem vel maxime, postquam recenti facinore damnum huic ciuitati, & dedecus sempiternum inusit.

Hoc rursum exordium in tres formas dividit Hermogenes, sed leui fundamento.

Sex exordiorum fontes.

ITaq; omisis tot Rhetorum commentis, & nominibus, puto exordia recte ad sex capitula posse reduci.

Exordium ab adiunctis. Primum locum obtinet ea, quæ sumuntur ab adiunctis, quorum seges vberima est, & multiplex, quot genera personarum, conditum, locorum, temporum, caussarum, modorum, in quibus infinita est varietas, tot nascentur exordia.

Exordium ab expositoribus rei finis. Secundum ea, quæ sunt à simplici, & rebus ab expositoribus rei finis. priorator, idque sine fuso, & calamistris. Ut caussa, hæc agitur contra sacrificium, &c. Eliis beata ciuitas à me commendatur.

Exordium ex viceribus rei quid. Tertium ea, quæ à visceribus rei, hoc est, internis principijs sumuntur, ut cum, quis vituperandum Philippum sibi proponens, orditur ab hoc communi theoremate. Necessarium estle virtutis laudem, & viti vituperium, quod ex vitroque ciuitati non mediocris creetur vtilitas.

Tale exordium Aphthonij Sophistæ. Οὐτε τὴν ἀρχὴν ἐπαίνω χωρὶς, οὐτε τὴν κοιλίαν ἵψω τὸ γένος προσκεκαταριπτεῖν. οὐτε καὶ διὰ ἀμφοτίπων ἐργάτων πεπτεῖν κιρρόθ. ἐπαύγματιν μὲν ἄγαδην κατεύθυνειν δὲ πεπράν.

Exordia ab exemplis. Quartum, quæ sumuntur ab exemplis, parabolis, iconibus, fabulis, proverbijs, apophategmatijs, &c. que plus habent pompa, & circumlocutionis nos inferius exempla affectemus.

Exordium ab invocatione. Quintum, quæ ab invocatione; quale est exordium orationis de corona apud Demostenem, & Ciceronis, pro Mutena.

Exordium ex abrumpo. Sextum denique, quæ ducuntur ex abrumpo; quæ ut magis calida sunt & incensa, peculiare habent modum, ita peculiarementur locum. Ad hæc capita omnia, vel saltim præcipua, reduci posse existimo. Sed de istis posthac fusius in exemplis.

De modo exordij.

An debeat esse argumentosum, & fidulum.

C. A. P. V. T. VIII.

OMNEM ab exordio probationem remoueri nonnulli Rhetores volunt. Alioqui quomodo (inquit) à confirmatione discernetur exordium, si præter rationem suam argumentari, & probare nitatur. Exordium Deinde cum ad probationem mentes auditores debet comparare debeat, ipsum omni argumentatione carere oportet. Sed tamen constat multa, eaq; industriorum oratorum exordia, iacta nimis, ne quadam habere probationum fundamenta, & profer sparsa veluti rationum vestigia, quæ deinde sine argumentis latius manant incrementis. Quamobrem in hac questione, & exordia, & argumentatione, ut per magna sunt, atque illustri varietate, longè disiungenda esse videntur. Si exordia sunt ducta à circumstantijs rerum, ijsque ad causam non adeò pertinentibus, sed tantum ornatus, & excursionis gratia, ea aut plurimum proceria nihil continent argumentosum. Si vero textus generis sint exordia, quæ à rerum visceribus, & internis veluti principijs ducuntur, recipiunt argumenta non quidem omnia, sed ea maximè, quæ sunt à genere, ita enim grauius, & liquidius inserviunt. Sic dicturus contra adulteram exorditur à feciditate adulterij, & laude castitatis, quo sit ut simul præparat animos, simul etiam caussam fulciat, & ad orationem commodius delabatur. Hoc opinor voluit Quintilianus cum præcepit ne exordium sit argumentosum nimis, ut confirmatio. Nec prouersus sine argumentib; 4.6.1. vult narratio.

Quod ad characterem attinet, simplici culatu exordia esse debere contendunt: & id quidem recte, si præfertim generis iudicialis, aut scribendi etiam deliberati ratio habeatur, in quibus sunt exornimis compta, pro suspectis solent esse exordia. Quis enim ineptum non putet, si cum totum orationis genus sobrium, & grave esse debet, initium fuso, & pigmentis sit delibus. Neq; tamen esse oportet nimis grandis, & austera.